



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

13.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

*ff. de accus.* causæ civiles modici præjudicii  
 quas Bald. extendit etiam ad 100. aureos,  
 alij restringunt ad duos, tresvè aureos,  
 alij, & melius, ad arbitrium prudentis  
 Judicis remittunt, ex consideratione cir-  
 cumstantiarum, personæ pauperis, vel di-  
 vitis, patriæ, quæ pecuniâ abundat, &c.  
 4. Scholarium seu studiosorum in Uni-  
 versitate, tum quia ordinariè censentur  
 modici præjudicij, tum quia non dece-  
 scholares dum studijs occupantur ad  
 publicam Reipublicæ utilitatem litibus  
 occupari: tum denique quia complures  
 Academia ab utroque supremo Principe,  
 tum sæculari, tum Ecclesiastico privile-  
 giatæ sunt, ut in causis scholarium sum-  
 mariè possint procedere, nullo juris or-  
 dine servato.

13. Causas quoque Mercatorum sum-  
 marijs Doctores annummerant easque  
 neglectis solennitatibus ventilandas cen-  
 sent. partim quod in contractibus Mer-  
 catorum bonum & æquum exuberare  
 debeat: partim quod mercator, dum pe-  
 regrinatur, sit persona miserabilis, *Ma-  
 rant. sup. Dist. 9. n. 48. Foller. in addit. n. 149.*

*Bercich*

*Berlich. par. 1. concl. 40. n. 33+ & par. 2. concl. 24.* Verum recte jam olim animadvertit *Bertrand. lib. 2. consil. 53. n. 10.* ex moribus hoc & statutis particularibus non jure communi descendere. Et hæc quoad divisiones judiciorum magis **Communes.**

14. Quantum ad partes Judiciorum at-  
tinet, eæ sunt tum substantiales, tum acci-  
dentales: priores sunt, quibus omissis pro-  
cessus nullus dicitur; hæ sunt quæ & ab-  
esse & adesse possunt. Sed quæ verè sub-  
stantiales sint, mira interpretum concer-  
tatio est. Nos in hunc numerum ante omnia  
*videmur conjicere posse*, actionis editionem  
& litis contestationem, neque enim ju-  
dicium consistere, & comprehendi po-  
test, nisi intendat actor, & contradicat  
reus, ex utroque autem litis, contesta-  
tio exurgit. *L. vn. C. de lit. contest.* nec an-  
tea lis esse dicitur, nec judicium inchoa-  
tum, nec actor petere, sed tantum pete-  
re velle. *L. amplius ff. rem ratam haberi L. apertissimi. C. de judicijs. L. 1. C. de plus petit. 2.* Juramentum calumniæ, adeò ad sub-  
stantiam judicij pertinere videtur, ut si  
ab al-